Quemadmodum pater liberorum amans, quem ad colloquia cum carissimis suis pignoribus miscenda proprii amoris vis pellicit, eum propter infantiam verba perfecta minime capiant, immutata nonnihil voce, atque expeditæ linguæ volubilitate semota, balbutire cum ipsis incipit; atque ita dum loquitur, auditque dilectos liberos, ad verba melius percipienda sensim provehit: eodem etiam pacto Dominus noster præ nimia in figmentum suum caritate, cum sit Deus Verbum, humanis verbis assumptis ad nos venit: ut, cum ex suo colloquio atque convictu cælestem nobis

revelationem manifestasset, nobis ad scalam cælestem, spei nimirum, gradum sterneret. Ad prandium igitur a Phariseo vocatur, ut ex Evangelii præconio paulo ante audivimus; neque vocantem aversatur. Non enim venit ut suæ divinitatis ostenderet dignitatem, sed ut collapsam vindicaret ab inferis humanam naturam. Ad prandium a Phariseo vocatur, nec recusat (Luc. 11. 37): ut et divites instruat pauperum mensas non despiciere, et justos doceat a peccatorum mensa non abhorrere. Multi enim qui sibi esse justi videntur, a peccatorum, et divites a pauperum men-

sis abhorrent. Volens namque Dominus, ut omnes benevoli maxime ac fratrum amatores, caritate pleni, et humiles simus, primum opus aggreditur, ut factis suis nos doceat. Idcirco ait : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde (Matth. 11. 29)*. Tu ergo, qui in religione exerceris, siquando a quopiam peccatore vocaris, non recusaveris : licet unus aliquis exprobraret tibi, ac dicat, Quid ita cum peccatoribus manducas, et bibis? vicissim in hæc verba responde : *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus (Id. 9. 12)*. Justus enim sum, non ut justos salvem, sed ut peccatores convertam. Vocatur ad prandium Dominus, nec recusat, qui ex quinque panibus quinque millia ad satietatem in deserto nutrit : qui mare impervium arefecit, et quasi per campum herbis virentem per mare Israel traduxit : qui pluit illis manna de cælo, et toto die ex splendore mannae nives. Vocatur ad prandium Dominus, nec recusat, in prandiis eos optimis erudiens disciplinis, a quibus vocatur. Ad prandium enim pergunt, non ut epulis Pharisæi saturerentur, sed ut Pharisæus Domini documentis expleatur. Vocatur ad prandium, et in aedes Pharisæi venit, ac divinitatem humanitate occultat : ne si forte derepente fulgurantem divinitatis splendorem intuitus esset, ex ædibus fugeret is qui Dominum invitavit. Ingreditur domum Pharisæi, Rex caelestis ad captivum, et pellea carnis lorica regiam obtegunt majestatem : ne si Regem caelestem captivus conspexerit, contremiscat, terræque recessibus sese abdant. Ingreditur domum Pharisæi Sol justitiæ, radiorum scintillas auri in modum fulgentes nube corporis obvelans : ne, si eum intuitus fuerit homo, visum amittat. Ingreditur domum Pharisæi Pastor caelestis ; nonaginta novem ovibus in montibus derelictis, ingreditur ad eam, quæ perierat (*Matth. 18. 12*) : in ovile suum ingreditur, pastorem suo corporis agno abscondens. Non baculum gestat, non virgam ob errorem priorem minantem : ne perterrefacta et expavescens ovis rursus ab ovili suo resiliat : verum ingreditur domum Pharisæi, non ut Deus, non ut Rex, non ut Sol justitiæ, sed ut homo ad hominem, ut agnus ad agnum. Simul cum illo vescitur, simul pascitur, simul sedet, ingreditur simul, recumbit cum eo, qui jam ceciderat in peccatum : ut, dum cum illo recumbit, eum qui jam ceciderat, simul erigat. Et cum ingressus esset, non est baptizatus secundum consuetudinem Pharisæorum. Hoc autem duas ob causas faciebat : ut ovi pastorem alloquendi occasionem præberet, itemque ut Judaicam doctrinam everteret, ac spiritualem stabiliret. Vidit enim, inquit, Pharisæus, et miratus est, quare prius baptizatus non esset ; non laudans Magistrum, sed illud ignorans quod factum erat : non laudans, sed judicans. Ac videre erat, dilectissimi, Creatorem animantium a creatura judicatum, et figulum a luto correctum. Hoc accidebat Pharisæo, quod oculis cordis occultis non intueretur eum, qui interiorum angelicorum ordinum princeps erat. Si enim eum conspexisset, illi ad genua provolutus esset, ejusque pedes lacrymis proluisset, ac dixisset : *Propitius esto mihi peccatori (Luc. 18. 13)*. Sic enim eum

affatus esset : Tu omnia, cum ante non essent, ut essent effecisti : tuo verbo cæli firmati sunt, et spiritu tuo virtutes eorum constiterunt. Tu congregas sicut in utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos (*Psal. 32. 6-8*) : coram te totus orbis terrarum pertimescit ac fugit. Verum cum nihil horum aut cogitasset, aut dixisset, Dominum judicabat. Illi vero cum Dominus occasionem præbisset, sicut Samaritanæ, ex eo quod aquam ab illa postulavit, caelestem ab ipso aquam petendi ausam dedit (*Joan. 4. 9*). Incipit itaque Dominus ovem sensim convertere, atque ab errore ad veritatem ipsam manu ducere. Nunc enim vos, Pharisæi, quod de foris est calicis et catini mundatis ; quod autem intus est, plenum est rapina (*Luc. 11. 39*) et dolo : hoc est, Vos quidem nunc corpus exornatis, animas autem deformatis. Quo autem pacto te delectabit, etsi aureum fuerit poculum, cum letiferam in se contineat potionem? Nonne tales sunt meretrices, quæ facies suas floridis coloribus pingunt, animas vero perdunt? annon enim, dum purpurisso vultus suos rubefaciunt, imaginem quandam ejus, quæ exceptura est illas, flammæ digitis suis fabricantur? cum eas potius oporteret corda sua Jesu sanguine aspergere, vel roseo potius colore tingere, ac spiritu sua corda dealbare : ut florida species animæ refulgens tamquam rosa permixta liliis appareret. Jam vero facies suas inflammant, ut juvenum animos ad insaniam accendant. Nunc vos, Pharisæi, quod de foris est calicis et catini mundatis ; quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate : quasi diceret : Quare corpus quidem aqua abluitis, delicta vero per spiritum non deluitis? Ausim enim dicere, dilectissimi, nihil illud homini proderit, etsi corpus mundet, nisi spiritum cooperatorem et eleemosynam comitem habeat. Ut enim poculum licet exterius interiusque mundatum, si potionem non contineat, sitientis non potest cupiditatem explere ; pari quoque ratione catinus : sic et homo licet exterius sit exteriusque mundatus, Domino non placebit, nisi conservum suum paverit. Quapropter addit Dominus, et ait : *Veruntamen quod superest, inquit, date eleemosynam ; et ecce omnia munda erunt vobis (Ibid. v. 41)*. Quod superest, inquit : non enim adeo donariis opulentorum, ac sincera minimeque ficta oblatione simplicium delectatur. Ne lugeas, tu pauper, quoniam aurum non habes, aut tot onerarias argenti naves : projice in gazophylacium id quod habes : etiam duo minuta justificant. Recordare viduæ illius, quod præ opulenti justificata sit. Deus siquidem non pecunias ponderare novit, sed conscientiam probat. Eleemosyna maculas animarum abstergit, et bonorum præmia thesaurizat : eleemosyna vitalis animæ comitatus, eleemosyna dealbat animas, eleemosyna fiducia animæ, militia præclara. Projicite aurum, et accipite Dominum : date argentum, et accipite id quod sanctum est : ara spargite, simulque cum illis peccati rubigo abscedet : irrorate fornicem, et date vestimenta, ut accipiatis sanationes in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO

IN SEQUEM HOMILIAM.

Hanc quoque Chrysostomi non esse fatentur quotquot in sancti doctoris scriptis non sunt hospites. Severiano autem adscribit is ipse qui tam multa libe-

raliter episcopo Gabalorum attribuit. Verum hic quisquis sit scriptor, non ita salebris plenus est ut Severianus, etsi de cætero non magni sit pretii.

DE LAZARO ET DIVITE, HOMILIA SEXTA (a).



1. Maxima quædam est schola stadium Ecclesiæ,

(a) Collata cum quinque Codicibus mss.

divitum ludus literarius, ac perflugium egenorum. Age ergo, dilectissimi, quandoquidem in arenam doctrinæ descendimus, præcedentis Evangelii documenta per-

Πολλοὶ γὰρ παρ' ἑαυτοῖς δοκοῦντες εἶναι δίκαιοι, καταπτύουσι τραπέζας ἀμαρτωλῶν, καὶ οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων. Βουλόμενος γὰρ ὁ Κύριος πάντας εἶναι φιλάτους, φιλαδέλφους, ἀγαπητικούς, ταπεινόφρονας, πρῶτος ἀρχεται τοῦ ἔργου, ἵνα ἐκ τοῦ ποιῆσαι διδάξῃ. Διὸ λέγει· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραῖός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Σὺ οὖν ὁ ἐν εὐλαβείᾳ ἀσκούμενος, ὅπταν κληθῆς ὑπὸ τινος ἀμαρτωλοῦ, μὴ παραιτήσῃ· καὶ ὀνειδίξῃ ὑπὸ τινος λέγοντος, Διὰ τί μετὰ ἀμαρτωλῶν ἐσθίεις καὶ πίνεις; ἀνταποκρίθητι λέγων· *Οὐ χρεῖων ἔχουσιν οἱ υἱαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.* Δίκαιος γὰρ εἰμι, οὐχ ἵνα δικαίους σώσω, ἀλλὰ ἀμαρτωλοὺς ἐπιστρέψω. Καλεῖται εἰς ἄριστον ὁ Κύριος, καὶ οὐ παραιτεῖται, ὁ ἐκ πέντε ἀρτίων πέντε χιλιάδας εἰς κόρον διαθρέψας ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁ τὴν ἀπόρευτον καταξηράνας θάλασσαν, καὶ καθάπερ διὰ χλοηφόρου πεδίου τῆς θαλάσσης τὸν Ἰσραὴλ διαγαγὼν, ὁ οὐρανόνθεν αὐτοῖς τὸ μάννα ἐπομβρίζας, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκ τῆς λαμπρότητος τοῦ μάννα χιόνας. Καλεῖται εἰς ἄριστον ὁ Κύριος, καὶ οὐ παραιτεῖται, ἐν τοῖς ἀρίστοις τὰ ἀριστα τῶν μαθημάτων τοὺς καλοῦντας αὐτὸν ἐκδιδάσκων· ἀπέρχεται γὰρ εἰς ἄριστον, οὐχ ἵνα τῶν Φαρισαίου βρωμάτων ἐμφορηθῇ, ἀλλ' ἵνα ὁ Φαρισαῖος τῶν τοῦ Κυρίου διδαγμάτων ἐμπλησθῇ. Καλεῖται εἰς ἄριστον, καὶ ἔρχεται εἰς οἶκον τοῦ Φαρισαίου, καλύπτων τὴν θεότητα ἀνθρωπότητι, ἵνα μὴ ἀφνω θεασάμενος τὴν ἐξαστράπτουσαν ἀγλήν τῆς θεότητος, φύγῃ ἐκ τοῦ οἴκου ὁ καλέσας τὸν Δεσπότην. Εἰσέρχεται εἰς τὸν τοῦ Φαρισαίου οἶκον, ὁ οὐράνιος βασιλεὺς πρὸς τὸν αἰχμάλωτον, καὶ καλύπτει τὸ βσιλικὸν ἀξίωμα τῷ δερματίνῳ καταφράκτῳ τῆς σαρκὸς, ἵνα μὴ θεωρήσας τὸν οὐράνιον βασιλέα τρομάξῃ ὁ αἰχμάλωτος, καὶ εἰς γῆν καταδύσῃ. Εἰσέρχεται εἰς τὸν τοῦ Φαρισαίου οἶκον ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, τὰς χρυσαυγαζούσας τῶν ἀκτίνων λαμπηδόνας καλύπτων τῇ νεφέλῃ τοῦ σώματος, ἵνα μὴ θεωρήσας ὁ ἀνθρώπος, ἀπολέσῃ τὴν ὕρασιν. Εἰσέρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου ὁ οὐράνιος ποιμὴν· ἔσας ἐπὶ τῶν ὀρέων τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα πρόβατα, ἔρχεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς· εἰσέρχεται εἰς τὴν μάνδραν αὐτοῦ καλύπτων τὸν ποιμένα ἐν τῷ ἀρνείῳ τοῦ σώματος. Οὐ βακτηρίαν ἐπιφέρει, οὐ ράβδον ἀπειλοῦσαν τὴν προτέραν πλάνην, ἵνα μὴ δειλιάσαν καὶ πτοηθὲν τὸ πρόβατον πάλιν ἀποδράσῃ τοῦ ἰδίου ποιμνίου· ἀλλ' εἰσέρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, οὐχ ὡς Θεός, οὐχ ὡς βασιλεὺς, οὐχ ὡς ἥλιος δικαιοσύνης, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπος πρὸς ἀνθρώπον, ὡς ἀρνίον πρὸς ἀρνίον. Συνδισαίεται αὐτῷ, συννέμεται, συγκαθέζεται, εἰσέρχεται, συναναπίπτει τῷ ἥδη πεπτωκότι ὑπὲρ τὴν ἀμαρτίαν, ἵνα ἐν τῷ συναναπεσεῖν αὐτῷ τὸν ἥδη πεπτωκότα συνανεγείρῃ. Καὶ εἰσελθὼν οἶκ ἑθαπίσθη κατὰ τὸ ἔθος τῶν Φαρισαίων. Τοῦτο δὲ ἐποίησε κατὰ δύο τρόπους, ἵνα δώσῃ ἀφορμὴν τῷ προβάτῳ λαλεῖν πρὸς τὸν ποιμένα· ἔτι δὲ καὶ δόγμα Ἰουδαϊκὸν καταλύσῃ, καὶ βεβαιώσῃ πνευματικόν. Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Φαρισαῖος, καὶ ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον ἑθαπίσθη, οὐχ ἐπαινῶν τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ ἀπορῶν τὸ γινόμενον, οὐχ ἐπαινῶν, ἀλλὰ κρίνων. Καὶ ἦν ἰδεῖν, ἀγαπητοί, τὸν ζωοπλάστην ὑπὸ τοῦ πλάσματος κρινόμενον, καὶ τὸν κεραμέα ὑπὸ τοῦ πηλοῦ διορθούμενον. Τοῦτο ἔπασχεν ὁ Φαρισαῖος μὴ θεωρῶν τοῖς κρυπτοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας τὸν ἐνδοθεν τῶν ἀγγέλων ταξίαρχον. Εἰ ἐθεάσατο τοῦτον, προσέπεσεν ἂν ταῖς γό-

νασι, καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔπλυνεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἔλεγεν, *Ἰλάσθητί μοι τῷ ἀμαρτωλῷ.* Ἐλεγε γὰρ ἂν· Σὺ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν· τῷ σῷ λόγῳ οἱ οὐρανοὶ ἑστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τῷ σῷ αἰδυνάμεις αὐτῶν συνέστησαν. Σὺ συνάγεις ὡς εἰς ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης, τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους· ἀπὸ σοῦ φοβεῖται πᾶσα ἡ οἰκουμένη. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων [112] οὔτε ἐννοήσας, οὔτε εἰρηκῶς ἔκρινε τὸν Δεσπότην· ὁ δὲ Κύριος πρόφασιν δεδοκῶς, ὥσπερ ἐκείνη τῇ Σαμαρείτιδι, ἐκ τοῦ αἰτῆσαι παρ' αὐτῆς ὕδωρ, ἔδωκε καιρὸν τοῦ αἰτῆσαι παρ' αὐτοῦ τὸ οὐράνιον ὕδωρ. Ἀρχεται οὖν ὁ Κύριος ἡρέμα ἐπιστρέφειν τὸ πρόβατον, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὸν χειραγωγεῖν. Ἄρτι γὰρ ὑμεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, πλύνετε τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος· τὸ δὲ ἔσωθεν γέμει ἀρπαγῆς καὶ δόλου· τούτῃ ἐστιν, Ἵμεῖς νῦν τὸ μὲν σῶμα καλλωπίζετε, τὰς δὲ ψυχὰς κακίζετε. Πῶς δὲ καὶ τέρψῃ, χρυσοῦν ἂν ἢ τὸ ποτήριον, ὅταν ἐνδον ἔχη θανατηφόρον ποτόν; Οὐχὶ τοιαῦται αἱ πόρνοι, τὰς ἔψεις αὐτῶν τοῖς χρώμασι ἀνθίζουσαι, τὰς ψυχὰς ἀφανίζουσιν; ἢ γὰρ οὐχὶ τὰς ἔψεις αὐτῶν φοινικὶ ἐρυθραίνουσαι, εἰδωλογ τῆς μελλούσης αὐτάς ὑποδέχεσθαι φλογὸς οἰκείας δακτύλοις ἐργάζονται; δέον αὐτάς τῷ αἵματι τοῦ Ἰησοῦ τὰς καρδίας βαντίζειν, μᾶλλον δὲ ροδίζειν, καὶ τῷ πνεύματι τὰς καρδίας αὐτῶν λευκαίνειν· ἵνα τὸ ἄνθος τῆς ψυχῆς ἀστράπτῃ καθάπερ ρόδον ἐν κρίνῳ μεμιγμένον ὑπάρχη. Νῦν δὲ τὰς ἔψεις αὐτῶν ἐκφλογίζουσιν, ἵνα τὰς τῶν νέων καρδίας πρὸς μανίαν ἐκκαύσωσιν. *Νῦν ὑμεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, τὸ ἔσωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος πλύνετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἀρπαγῆς καὶ πορνείας·* ὡσανεὶ ἔλεγε, Διὰ τί τὸ μὲν σῶμα ὕδατι λούετε, τὰ δὲ πταίσματα ἐν τῷ πνεύματι οὐ λούετε; Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ἀγαπητοί, οὐδὲν ὠφεληθήσεται ἀνθρώπος, καὶ τὸ σῶμα πλύνῃ, ἐὰν μὴ πνεῦμα ἔχη συνεργόν, καὶ σύνδρομον τὴν ἐλεημοσύνην. Ὅσπερ γὰρ ποτήριον καὶ ἔξωθεν πλυθὲν καὶ ἔσωθεν, μὴ ἔχον δὲ ποτόν, οὐχ ἂν ἰάσῃται τοῦ διψῶντος τὴν ἐπιθυμίαν, ὁμοίως δὲ καὶ πινάκιον· οὕτω καὶ ἀνθρώπος, καὶ ἔσωθεν ἢ πεπλυμένος καὶ ἔξωθεν, οὐ τέρψει τὸν Κύριον, ἐὰν μὴ θρέψῃ τὸν σύνδουλόν. Διὸ ἐπιφέρει ὁ Κύριος, καὶ λέγει· *Πλὴν τὰ ἐνόντα, δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ἔσται ὑμῖν. Πλὴν τὰ ἐνόντα,* λέγει· οὐ γὰρ τῇ τῶν πολυχρύσων προσκομιδῇ τέρπεται, ὅσον τῇ τῶν ἀδόλων ἀνυποκρίτῳ προσφορᾷ. Μὴ ζητήσης ^a σὺ ὁ πέντης, ὅτι οὐκ ἔχεις χρυσοῦν, καὶ ἀργύρου τοσάσδε ὀκτάδας· ρίψον εἰς τὸ γαζοφυλάκιον ὃ ἔχεις· καὶ δύο λεπτά δίκαιοί. Μνήσθητι τὸ τῆς χήρας ἐκεῖνης, ὅτι ἐδικαιώθη ὑπὲρ τοὺς πολυχρύσους. Ὁ γὰρ Θεὸς χρήματα οὐκ οἶδε σταθμίζειν, ἀλλὰ συνειδήσιν δοκιμάζει. Ἡ ἐλεημοσύνη σπύλους ψυχῶν ἀποσμήχει, καὶ μισθοὺς ἀγαθῶν θησαυρίζει· ἡ ἐλεημοσύνη ψυχῆς ζωτικὴ χορηγία, ἡ ἐλεημοσύνη τὰς ψυχὰς ἐκλευκαίνει, ἡ ἐλεημοσύνη ψυχῆς παρρησία, καλὴ στρατηγία. *Ρίψατε χρυσοῦν, καὶ λάβετε Κύριον· δότε ἀργύριον, καὶ λάβετε τὸ ἅγιον· σκορπίσατε χαλκόν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ ὁ ἴδς τῆς ἀμαρτίας· δροσίσατε τὴν κάμινον, καὶ δότε ἱμάτια, ἵνα λάβῃτε ἰάματα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.* Ἀμήν.

^a Ἐρηνήσης coniecit Savil. et expressit interpres.

[113] Εἰς τὸν Λάζαρον καὶ εἰς τὸν πλούσιον, ὁμιλία 5^α.

α'. Μέγιστόν ἐστι διδασκαλεῖον τὸ τῆς Ἐκκλησίας στάδιον, πλουσίων παιδευτήριον, πενήτων καταφύγιον. Φέρε τοίνυν, ἀγαπητοί, ἐπειδὴ περ ἐν τῷ σκάμματι ^a τῆς διδασκαλίας ἐστήκαμεν, τοῖς τοῦ προλαβόντος διδάγμασι ἐξακολουθήσαντες, τὰ ἀρτίως εἰρημένα ἐν χερσὶ λαβόντες, πᾶσιν ὑμῖν τὰς παρ' ἡμῶν ὀφειλομένας ψεκάζας

^a Aiii ἐν τῷ σταδίῳ, et paulo post ἀκολουθοῦντες.

τοῦ λόγου δροσίσωμεν. Ἦν δὲ ἡμῖν τὸ ἀνάγνωσμα διηγούμενον πλουσίου καὶ πένητος πολιτείας· πλουσίου μὲν τὴν βίον τῇ τρυφῇ βεβαπτισμένον, πένητος δὲ τὸν βίον τῇ πτωχείᾳ κατεστιγμένον ^b. *Ἀνθρώπος τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραίνό-*

^b Sic omnes praeter Morel., qui habet πτωχεῖαν κατεστιγμένον.

μενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος ὄνοματι, ὃς ἐπέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἠλωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν ἀπὸ τῶν πιπτόντων ψυχίων τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου μεταλαβῆναι καὶ οὐδείς ἐδίδου αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἔλειχον τὰ ἔλκη αὐτοῦ. Ἀναγκαῖον τοίνυν διηγῆσασθαι, ἀγαπητοί, τὰ κατὰ μέρος, ἵν' ὡσπερ οἱ πλωτῆρες ἐκ τῆς τῶν προπλεόντων πείρας φύγωμεν καὶ ἡμεῖς τὰς ὑφάλους τῶν ναυαγίων πέτρας. Ἴν' οἱ μὲν πλούσιοι ἐκ τῆς τοῦ προλαβόντος πλουσίου τιμωρίας ἑαυτοὺς σωφρονίσωσιν, οἱ δὲ πένητες τὰς ἑαυτῶν ἐλπίδας ἐν Λαζάρῳ ὀρῶντες προλαμπούσας προθύμως τὸν δρόμον τῆς θλίψεως διεκδράμωσιν. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος. Ἄνθρωπός τις. Οὐ τετίμηται τῇ τοῦ ὀνόματος προσηγορίᾳ, ὡσπερ ὁ δίκαιος Ἰώβ. Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρα τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. Τούτου δὲ παρασειωπῆται τὸ ὄνομα· ὁ γὰρ ἀκαρπὸς ἐστέρηται καὶ τοῦ ὀνόματος (δικαίων γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς, ἀμαρτωλῶν δὲ ἐξαλειφθήσεται), μόνον ἔχων τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὄνομα τὸ ἀνθρώπος· τοῦτο γὰρ πάντων κοινὸν τὸ ὄνομα. Ἄλλὰ κοινὸν μὲν εἶχε τὸ ὄνομα, ἰδιάζουσάν δὲ τῆς κακίας τὴν ὠμότητα. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος. Συγγενῆς μὲν τοῦ πένητος Λαζάρου κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ξένος δὲ τῆς ἐν Χριστῷ κληρονομίας διὰ τὴν τῆς προαιρέσεως μοχθηρίαν. Ἄνθρωπός τις ἦν. Ἀνθρώπος μὲν ἦν τῷ σχήματι, τῷ δὲ φρονήματι θηρίον μονοφάγον. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος. Πλούσιος ἐν κτήμασι, πλούσιος ἐν ἐγκλήμασι, πλούσιος ἐν χαλκῷ, πλούσιος ἐν ἰσχυρῶν ἀμαρτίας· ἀργύρῳ περιλαμπόμενος, ἀλλ' ἀμαρτίαις συσκοτιζόμενος· πλούσιος ἐν χρυσῷ, ἀλλὰ πτωχὸς ἐν Χριστῷ· ἐσθῆτα ἔχων πολλήν, ἀλλὰ γυμνήν ἔχων τὴν ψυχὴν· πολυτελή ἐσθῆτα φυλάσσειν, καὶ σῆτας ἐκτρέφειν πολλούς. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος. Πλούτω κομιῶν, ἄνοσος δικαιοσύνης οὐκ ἔχων· δένδρον φθινοπωρινόν, ἀκαρπὸν, δις ἀποθιγνόν. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. Πορφύραν μὲν εἶχε τὸ ἐνδυμα, τῆς βασιλείας δὲ τοῦ Θεοῦ ἀπέβριπτο, πορφύραν εἶχεν, οὐ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἐβρῶντισμένην, ἀλλ' ἐξ αἵματος κοιλίου θαλάσσης^β βεθαμμένην· οὐ βασιλείαν οὐρανῶν μνηστευομένην αὐτῷ, ἀλλὰ φοβερὰν φλόγα γέεννης αὐτῷ προλάμπουσαν. Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο βύσσον καὶ πορφύραν, εὐφραίνόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Εὐφραίνόμενος, οὐχ ὡς οἱ δίκαιοι ἐν Κυρίῳ (δικαίων γὰρ εὐφρασύνη μνήμη Θεοῦ, ὡς μαρτυρεῖ μοι Δαυὶδ λέγων· Ἐμνήσθη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠυφράνθη), ἀλλ' ἦν εὐφραίνόμενος ἐν μέθαις, ἐν ἀσωτίαις, ἐν κραιπάλαις, ἐν ἀταξίαις, οὐδὲν ἀπεικίως χοίροις ἐν βορρῶν κυλινδουμένοις. Πτωχὸς [114] δέ τις ἦν Λάζαρος. Εἶπε τοῦ πένητος τὸ ὄνομα, τιμῶν τὸν πτωχὸν διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος προσηγορίας. Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς ἐπέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ, τῇ τριχομίᾳ τῆς πτωχείας σφιδρῶς κλονούμενος, ἀλλὰ μετ' οὐ πολὺ εἰς τὸν εὐδίων κόλπον τοῦ Ἀβραάμ ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος. Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἐπέβλητο ἠλωμένος. Ὡς πόσις κακοῖς ὁ πτωχὸς συνέχετο ὑπὸ τῆς βαρυτάτης πενίας, ὡσπερ ὑπὸ χαλάζης βιαίας ἐκολαφίζετο· ὑπὸ τῶν ἀναξουσῶν φλυκταινῶν, ὡσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων διτησθίετο· πανταχόθεν χεῖμαβροὶ αὐτῷ θλίψεις προσηρράττοντο, τὸ σῶμα διαλύοντες, τὴν καρδίαν συνθροῦπτοντες· οὐδεμίᾳ αὐτῷ ἀνεσίς γαλήνης ἠύρισκετο. Ἐξωθεν μάχαι ἐσώθεν φόβου. Ἐξωθεν γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν φλυκταινῶν ἐδαμάζετο, καὶ ἐσώθεν ἡ καρδία ὑπὸ τῶν ἀπαραιτήτων φροντῖδων διτησθίετο. Οὐ χώρα αὐτῷ σιτοφόρος σπέρμα ἄρτου προσέφερεν, οὐκ ἀμπελὸς αὐτῷ βότρυον γλυκῦδρωγον προσεκόμιζεν, οὐ δένδρον ὑπὸ φράξ ἡδιστον καρπὸν αὐτῷ ἐγεώργει, οὐδ' ἄλλο τι τῶν γερῶν πρὸς τὴν τῆς πενίας παραμυθίαν ἦν. Πῶς γὰρ, ᾧ οὐδὲ σπιθαμὴ γῆς ἀροσίμου τόπος ὑπῆρχεν, οὔτε πηγυαῖον ἕδαφος εἰς κατοίκησιν, ἀλλ' ἀθίριος ἐπέβλητο ἐπὶ τῆς κοπρίας; Κόπρος αὐτῷ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ περιβάλλαιον ἦν, θάλλουσα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐκ μέρους, ἐν δὲ τῷ θέρει δεινῶς κατακαίοντα. Κατεστιγμένον εἶχε τὸ σῶμα τοῖς τραύμασιν, ἀδρανὲς πρὸς γεωργίαν, ἀχρηστον πρὸς ὁδοιπορίαν καὶ ἐμπορίαν, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας

^β Alii ἀλλὰ μέτριος. ^β Sic magna est lectionum varietas. Savil. et duo habent κόλπου θαλαττίου, unus κόλπου θαλασσίας, alius κοιλίης θαλασσίας, Morel. κοιλίου θαλάσσης.

τῶν χρεῖων ἀφειρμάς ἀνεπιτήδειον. Πανταχόθεν αὐτῷ ἀπορία, πανταχόθεν στενωπὸς· στεναγμαὶ αὐτῷ πρὸ δακρύων ἐπὶ τῇ καρδίᾳ τριβόλων δίκην ἐφύοντο· ὄχετο δακρύων ἐπὶ παρειῶν αὐτῷ ἐφέροντο. τῇ συνεχεῖ τῶν δακρύων ῥύμη ἀλλακίζομεναι· θάνατον ἐν τοῖς ὑπνοῖς ἐμελέτα, θάνατον μετὰ τὸν ὑπνον περιεβλέπετο, καὶ οὐδεμίαν εὕρισκεν. Πόνων γὰρ καὶ φροντῖδων μακρῶν ὡς λυτρίον ἐπεζήτει τὸν θάνατον, οὐδὲν ἀπεικίως τῷ πολυάθλῳ Ἰώβ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπωλέσας τὰ χρήματα, τὰ βουκόλια, τὰ κτήματα, τελευταῖον γυμνὸς τὸ σῶμα τοῖς σκώληξι συνειλημμένος, ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐπέβλητο, καὶ θάνατον ἐπεθύμει. Τί γὰρ ἔλεγε; Ἴνα τί δέδοται τοῖς ἐν πικρῷ φῶς, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς; Οἱ ἡμίρονται τοῦ θανάτου, καὶ οὐ τυγχάνουσιν, ἀνορύττοντες αὐτὸν ὡσπερ θησαυρὸν· περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατατύχωσι· θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. Ἀλλὰ καὶ ἐπεθύμει, φησὶν, ἀπὸ τῶν ψυχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου χορτασθῆναι, καὶ οὐδείς ἐδίδου αὐτῷ. Ὡς βίου ἀλλοκότου! ὁ μὲν πλούσιος ἐν τῷ πολυφόρῳ^ε βεύματι τῆς τρυφῆς καταρδευόμενος ἐμέθυσεν, ὁ δὲ πένης μηδεμίαν ἔχων εὐπορίας ἰκμάδα, τῷ καύσῳ τῆς πενίας ἐμαραίνετο. Διὰ τί γὰρ αὐτοῖς εὐκρατος ὁ πλοῦς τοῦ βίου ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ οὐ γεγένηται; Διὰ τί; Ἴνα ὁ μὲν πένης λαμπροὺς τοὺς στεφάνους τῆς ὑπαιμονῆς ὑποδέξεται, ὁ δὲ πλούσιος τῆς ἀποτεθριωμένης ψυχῆς τοὺς διψακὰς τοῖς οἰκείοις ὁδοῦσι μασήσεται. Ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες, φησὶν, ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἔλκη αὐτοῦ. Εὐγενέστεροι οἱ κύνες τοῦ πλουσίου, ἀγαθώτεροι τῆς ἐκείνου ἀπανθρωπίας. Ἐκείνου μηδέποτε ψεκᾶδα ἐλαίου^δ δροσίαντος τῷ πένητι, οἱ κύνες τὴν ἀκμὴν τῶν ὀδόντων τῇ φιλιανθρωπίᾳ πραΰναντες, ἀπαλῆ τῇ γλώσσῃ αὐτὸν ἐθεράπευσον, ὡς ἂν παῖσαν ῥυπαρίαν καὶ πάντα ἰχῶρα τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ἀποσμήχοντες· καὶ τὰ ἄγρια ἔλκη τῇ λειότητι τῆς γλώττης τιθασειύοντες, τοὺς πόνους τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ὑπέκλεπτον ἡρέμα. Ὁ δὲ γε πλούσιος οὐδὲ δῆμα ἱλαρὸν ἐχαρίσατο τῷ πένητι πύποτε, οὐδὲ λόγον κἂν ἀκαρπὸν, οὐ ῥάκος αὐτῷ ἐπέβριψεν, οὐ σίτων λείψανον, οὐκ ἕδωλὸν ἕνα ὑπὸ ἰοῦ δεδαπανημένον, οὐκ ἄρτον, οὐ κλάσμα ἄρτου ὑπ' εὐρώτος διεφθαρημένον, ἀλλὰ πάντα ἐν τῇ αὐτοῦ γαστρὶ, ὡσπερ ἐν πικροχείῳ, διὰ τῆς τοῦ φάρυγγος χώνης ἐνέβριπτεν.

β'. [115] Ἄλλὰ τί; Οἷα ἐκάστου τὰ ὀφύνια, τοιαῦται καὶ αἰὲν ἀποδοίσεις. Συνέβη δὲ, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν πένητα, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. Μόλις ποτὲ ὁ πένης ἀπὸ τῆς ζαλωδούς πενίας ῥυσθεῖς, εἰς τὸν εὐδίων λιμένα τοῦ Ἀβραάμ ἀπέπλευσεν. Ἐγένετο γὰρ, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ. Ὅρᾳς, πῶς ἡ πενία μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐξοδὸν δορυφόρους ἀγγέλους ἔχει; Συνέβη δὲ καὶ τὸν πλούσιον ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι. Εὐθύς ἐπὶ τοῦ πλουσίου τέτακται ἡ ταφή, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ λεγόμενον· Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τοῦτο λέγεται σοι· Πτωχὲ, μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκῃ αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταθήσεται ἑαυτῷ ἢ δόξα αὐτοῦ. Ἐνταῦθα γὰρ πάντα καταλιμπάνει, τοὺς δούλους, τοὺς ὑπασπιστάς, τοὺς ὑπηρέτας, τοὺς παρασίτους, τοὺς κόλακας, τὰ ὄχημα, τοὺς χρυσηχαλίλους ἵππους, τὰ βαλανεῖα, τὰ χωρία, τοὺς χρυσοφόρους οἴκους, τὰ ἐψηφωμένα ἕδαφος, τὴν βασιλείαν, τὴν ἐξουσίαν, τὴν δεσποτεῖαν, πάντα ἐνταῦθα καταλιμπάνει, καὶ γυμνὸς ἀπέρχεται. Καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ ᾄδῃ, Ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς. Ἐνθυμήθητι, εἰς ὅσον βάθος ὑπῆρχεν ὁ πλούσιος, εἰς δὲ ὅσον ὕψος ὁ πένης. Καὶ ἐπάρας, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς σου τοῦ ὁ πλούσιος, εἶδε τὸν Ἀβραάμ, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. Διὰ τί γὰρ μὴ ὁ Λάζαρος εἶδε τὸν πλούσιον; Ἐπειδὴ ὁ ἐν τῷ φωτὶ τυγχάνων τὸν ἐν τῷ σκότει δυνά οὐ βλέπει, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ σκότει τὸν ἐν τῷ φωτὶ δυνά ὀρᾷ. Καὶ εἶπε· Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησον με. Ἄρτι λέγεις, Ἐλέησον, ὅτε καιρὸς ἐλέους οὐκ ἔστιν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ λέγοντος, Ἀνίλωσ ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος; Νῦν μετανοεῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. Οὐκ ἤκουσας τοῦ

^ε Πολυφόρῳ Savil. et alii; πολυφόρῳ Morel. Mox Savil καταρδευόμενος, mss. καταρδευόμενος, Morel καταρδούμενος. ^δ Ἐλαίου mss., ἐλέου Savil.

sequentes, iis que paulo ante dicta sunt in manus sumptis, vobis omnibus debitas a nobis orationis stillas, quasi roris guttas aspergamus. Porro divitis nobis et pauperis conversationem lectio narrabat: divitis quidem vitam deliciis immersam; pauperis autem vitam paupertate maceratam. *Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide (Luc. 16. 19). Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, et cupiens particeps fieri micarum, quæ cadebant de mensa divitis: et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingeabant ulcera ejus (Ibid. v. 20).* Operæ pretium est itaque, dilectissimi, sigillatim hæc exponere, ut quemadmodum illi, qui navigant, ex eorum qui navigatione ante perfuncti sunt, malis edocti, nos quoque naufraga sub mari latentia saxa vitemus: ut divites quidem ex præcedentis divitis supplicio seipsos corrigant; pauperes vero, dum præfulgentes in Lazaro spes suas intuentur, alacriter cursum afflictionis decurrant. *Homo quidam erat dives.* Non dignatus est eum nominis sui appellatione decorare, quemadmodum Job justum: *Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job (Job 1. 1).* Sed hujus nomen silentio est suppressum. Qui enim est infructuosus, etiam nomine privatur. Nam justorum etiam nomina sunt in libro vite, peccatorum vero nomina delebuntur. Tantum habet nature commune nomen, homo: hoc enim omnium est commune nomen: propriam autem nequitie suæ crudelitatem. *Homo quidam erat dives.* Cognatus quidem pauperis Lazari, si naturam corporis spectes; peregrinus autem et alienus ab hereditate Christi propter voluntatis improbitatem. *Homo quidam erat.* Homo quidam corporis specie, animi vero sensu bellua, quæ sola pascatur. *Homo quidam erat dives.* Dives possessionibus, dives criminibus, dives ære multo, dives æruginè peccati: argento circumfulgens, sed obtenebratus peccatis: dives in auro, sed egenus in Christo: cui multa quidem vestis erat, sed animam nudam habebat: qui pretiosas vestes servabat, ac tineas multas alebat. *Homo quidam erat dives.* Divitiis luxurians, florem justitiæ non habens, arbor autumnalis, infructuosa, bis mortua. *Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso.* Purpura quidem illi vestimentum erat, sed a regno Dei rejectus erat: purpuram habebat, non sanguine Christi aspersam, sed marini conchylii sanguine tinctam, quæ non regnum illi cælorum spondebat, sed formidabilem gehennæ flammam suo splendore prænuntiabat. *Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide.* Epulabatur et delectabatur, non ut justus in Domino: justorum quippe delectatio est Dei recordatio, cujus mihi rei testis est David dicens, *Memor sui Dei, et delectatus sum (Psal. 76. 4):* sed delectabatur et gaudebat in ebrietatibus, in luxuriosis commensationibus, in helluationibus, in tumultu, nihil dissimilis porcis, qui in luto volutantur. *Erat autem quidam mendicus Lazarus.* Nomen pauperis dixit, ac mendicum honore, nomine ipsius expresso, affecit. *Erat autem mendicus quidam Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, mendicitatis procella vehementer jactatus:* at enim post non multum tempus ad tranquillum Abrahamæ sinum stipantibus ejus latus angelis est proventus. *Erat autem quidam mendicus Lazarus, qui ad januam divitis jacebat ulceribus plenus.* O quantis erat malis mendicus obsessus! a gravissima paupertate, tamquam a violenta grandine diverberabatur: ab ebullientibus pustulis, tamquam carbonibus scintillas emittentibus, corrodabatur: undique in eum torrentes afflictionum irruerant, quibus et corpus conficiebatur et cor exedebatur: nullam tranquillitatis quietem poterat obtinere. *Foris pugnae, intus timores (2. Cor. 7. 5).* Exterior siquidem corpus a pustulis vexabatur, et interior cor incurabilibus curis exedebatur. Non illi segetum ferax ager panis semen proferebat: non illi dulcibus turgidum acinis racemum vitis producebat: non dulcissimos illi fructus autumnales arbor suppeditabat: non aliud

quidpiam ex terræ frugibus ad egestatis solatium suppetebat. Quomodo habuisset, cum illi ne spithama quidem arabilis terræ locus esset, neque unius cubiti solum ad habitandum, verum in fimo sub dio jaceret? Fimus illi noctu atque interdiu amictus erat, a quo hiemis quidem tempore paululum fovebatur, æstate vero graviter urebatur. Corpus illi erat vulneribus variegatum et compunctum, ad agros colendos imbecillum, ad iter conficiendum inutile, ad alios vite usus et ad commoda ineptum. Undique illi difficultates, undique angustie: gemitus illi ante lacrymas tribulorum in modum in corde pullulabant: lacrymarum rivi per genas illi lerebantur, easque præ nimia assiduitate rivis quibusdam sulcabant: mortem in somnis meditabatur, mortem post somnum circumspiciebat, nec uspiam inveniebat. Laborum enim longarumque curarum remedium mortem exquirebat, nihil dissimilis Jobo multis ærumnis exercito. Nam et ille pecuniis amissis, armentis, prædiis, ad extremum corpore vermibus resperso in fimo jacebat, ac mortem optabat. Quid enim dicebat? *Ut quid data est eis, qui in amaritudine sunt, lux, et vita animabus, quæ sunt in doloribus? Qui desiderant mortem, et non contingit illis, effodienteseam quasi thesaurum; læti autem fient, si fuerint consequuti: mors enim viro requies. Sed et cupiebat, inquit, saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis: et nemo illi dabat (Job 3. 20 - 23).* O vitæ rationem inauditam! dives quidem opibus circumfluens, deliciis sese ingurgitabat et helluabatur; pauper autem cui ne gutta quidem opum suppetebat, paupertatis astu torridus contabescebat. Quare vero non illis moderata cum prosperitate obligit vitæ cursus cum mutuo inter se commercio transactus? Ut nimirum illustrem patientiæ coronam pauper acciperet; dives autem efferatæ animæ suæ acerbas uvæ suis dentibus manderet. *Sed et canes venientes lingeabant ulcera ejus.* Generosiores divite canes, ejus inhumanitate meliores. Illo ne guttam quidem olei pauperi aspergente, canes dentium cuspidem humanitate mollientes, eum tenera lingua curabant: ut sordes omnes atque vulnerum ejus omnem saniem abstergentes, et acerba ejus ulcera levitate linguæ mitigantes, ejus vulnerum dolores subtraherent. At ille dives ne aspectu quidem placido pauperem unquam dignabatur, neque verbo quantumvis inutili: non illi vestem laceram projiciebat, non reliquias tincarum, non consumptum rubigine obolum unum, non panem, non exesum mucore panis frustum, sed omnia in ventrem suum tamquam in cauponam per gutturis infundibulum demittebat.

2. Quid vero tandem? Qualia cujusque obsonia, tales et retributiones. *Factum est autem ut moreretur pauper, et portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ.* Vix aliquando tandem ab hac procellosa paupertate liberatus, in tranquillum Abrahamæ portum pauper invehctus est. *Factum est enim, inquit, ut moreretur Lazarus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ (Luc. 16. 22).* Vides ut post discessum ex hac vita, paupertas angelos habeat stipatores? *Accidit autem, ut et dives moreretur et sepeliretur.* Statim de divite sepulturam commemoravit; secundum id quod dictum est a Davide: *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum.* Propterea dicitur tibi: *Mendice, Ne timueris, cum dives factus fuerit homo. Quoniam, cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria ejus (Psal. 48. 12. 17. 18).* Hic enim omnia derelinquit, servos, satellites, ministros, parasitos, adulatores, curus, equos aureis frenis ornatos, balnea, prædia, domos aureis laquearibus splendidas, distincta lapillis ac tesserulis pavimenta, regnum, potentiam, dominatum, omnia hic derelinquit, et nudus abscedit. Et cum esset in inferno, *Elevans oculos suos (Luc. 16. 23).* Cogita in quanta profunditate versaretur dives, in quanta vero altitudine pauper. *Et elevans, inquit, oculos suos dives, vidit Abraham, et Lazarum in sinu ejus.* Cur non Lazarus divitem vidit? Quoniam is qui in luce versatur, eum qui in tenebris est, non videt:

at is qui in tenebris est, eum videt qui in luce versatur. Et dixit, *Pater Abraham, miserere mei* (Luc. 16. 24). Jam dicis, *Miserere mei*, quando misericordiae tempus non est. Non illum audisti qui dicit: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam* (Juc. 2. 13)? Nunc poenitentiam agis, cum non est confessio. Non audisti Davidem dicentem: *In inferno autem quis confitebitur tibi? Miserere mei, et mitte Lazarum* (Psal. 6. 6). Nunc Lazarum nosti? jam agnoscis eum qui in limo iacebat, quem olim pari honore quo canes afficere recusabas? Tua, dum inter opes vitam degeres, viscera illi clausisti; jam ego quoque sinum refrigerii hoc supplicii claudo tempore. Non Deum audisti per omnes tibi prophetas proclamantem et dicentem: *Misericordiam et iudicium custodi, et appropinqua Deo tuo* (Osee 12. 6): *quia misericordiam volo super sacrificium* (Id. 6. 6); et, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Matth. 5. 7); et rursus, *Fœneratur Deo, qui miseretur pauperis* (Prov. 19. 17). Ubi seminasti, ibi metere contende: ubi fœnerasti, ibi colligere contende. Tu vero semen eleemosynæ nequaquam ullo tempore jecisti, neque per misericordiam in pauperes Deo fœnerasti, sed tuo ventri omnes thesauros condidisti. Ubi thesaurum tuum habes, ibi et cor tuum

habeto. *Miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia graviter crucior in hac flamma.* In lingua plectitur, cujus ministerio cibus vescebatur: aquæ guttam quærebat, quia ne calicem quidem aquæ frigidæ in nomine discipuli sitientis umquam impertierat. Si tibi dum viveres consortem bonorum Lazarum ascivisses, nunc cum illo regni particeps esses: si super pauperem intellexisses, nunc a malo iudicio liberatus esses. *Beatus enim qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus* (Psal. 40. 2). Ardentissimum illud chaos copiosa pecuniarum in pauperes distributione complana: asperge nunc misericordiam, et caminum extinxisti: orphanos ale, et irrequietos vermes necasti: siste lacrymas viduæ, et ex anima tua luctum peccatorum a' tersisti. Idcirco namque lecta sunt hæc tibi, ne si eisdem immisericordis divitis insistas vestigiis, in idem gehennæ supplicium prolabaris. Tu vero, pauper, ne mente concidas, neve animum despondeas, dum procella mendicitatis jactaris. Lazarum illum clarissimum respice: ibi sint oculi tui nocte dieque defixi: ut vitam tuam patientiæ clavo gubernans, ad eundem quietis portum proveharis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Licet omnium eruditorum consensu hic sermo Chrysostomo abjudicetur, tum ob styli diversitatem, tum ob quarundam vocum usum, quæ a Chrysostomo nusquam usurpantur; est tamen paulo melioris notæ, quam præcedentes. In illo affertur locus ex Oratione Manassis regis, quæ inter apocrypha semper locum habuit. Quæ nota, etsi non aliæ subessent, vel una satis esset, ut eam ex numero τῶν γνήσιων exigeremus. Hanc etiam homiliam ut et alias bene multas quidam nuperus scriptor Severiano Gabalorum episcopo

IN PUBLICANUM ET PHARISÆUM SERMO.

— **PIE** —

1. Qui e longinquo præta fuerint contemplati, variam illi quidem florum conspiciunt jucunditatem: tum vero pulchritudinem eorum cognoscunt, cum, ubi prope accesserint, flores propriis manibus contractarint. Talem, dilecte, esse velim cogites Ecclesiæ statum: quandoquidem tanquam immarcescibiles quidam flores volentibus sese offerunt inspiratarum divinitus Scripturarum lectiones. Cuilibet enim videre licet, in spiritualibus paradisis atque viridariis choreas ducentes prophetas, ordines ducentes apostolos, martyres legatione fungentes, angelos auxiliantes, doctores pro religione pugnantes, gratiam Spiritus redundantem, ratione præditos greges Dominico sanguine obsignatos, et quod iis, quæ commemorata sunt, majus est, bonorum culmen, spei nostræ firmamentum, caput deliciarum, gaudii consummationem: Evangelia nimirum Christi dico, in quibus vitæ nostræ perfectio est recondita. Age ergo Christum Dominum servos suos omni voluptate perfundentem spectemus: in quibus cernimus fugatos morbos, mare perterrefactum, sedatos ventos, mortem increpitam, spoliatum infernum, pulsos dæmones et in exilium actos, peccatores ad Dominum suum conversos. Ista siquidem Christus in divinis Evangeliiis dona spectanda proposuit, in quibus justos ostendit solis in modum fulgentes, corroborata membra languidorum, lectorum gerulos paralyticos currentes, ad evangelistarum dignitatem ascendentes publicanos, lepram excussam

quasi pulverem sola voluntate, febrem Domini voce in fugam actam, mortuos vitam nullo negotio recipientes, sepulcra quos detinebant, eos ad vitam relaxantia, humiliatam altitudinem Pharisei, exaltatam humilitatem publicani. Etenim tantis exsatiatos bonis facile fuerit micarum convivio excepisse. Ego vero sic existimo, vos bona cum venia de more rursus etiam nostram hanc orationem audituros, qui bonorum ante prædicatorum copia vestrorum animorum promptuarria complevistis. Quando igitur et vos, Deo benevolente, paupere mensa contenti estis, et ego vestræ caritatis studiis obsequutus doctriinæ, tradendæ jugo animæ cervices subjeci: age, proponatur vobis a me id quod paulo ante recitatum est; vobis enim omnibus opulentis ad hoc orationis convivium apparandum egenus mensæ structor adveni. *Duo homines, inquit, ascenderunt in templum, ut orarent, unus Phariseus, et alter publicanus* (Luc. 18. 10). Phariseus justitiæ jactabundus operarius, Phariseus qui nondum maturam segetem recte factorum demessuit, ille ditior arrogantia quam pecuniis, qui vano flatu virtutum fructum decussit, superbiæ possessor, naturæ totius accusator, inhumanus criminator, immisericors exprobrator, orationis publicani tempestas ac turbo. Neque mihi quisquam hæc contumeliæ causa jactata censeat, sed auditis ipsis Pharisei verbis, vera esse quæ sunt dicta cognoscat. *Deus, inquit, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Tunc ergo tu